



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Carolus Sagerius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

ticis esse perinfectos; item Romanam Ecclesiam nec progressus tantos habituram fuisse in Germania, & facilius ab hæreticis labefactandam, nisi hoc genus hominum pro illa tam solerter satageret. Auditi sunt ijdem exprobrare, quòd idola Catholica (ita illi Sanctos vocant, atque imagines) suis opitulari non possint; sed Catholicos, ac etiam Iesuitas, prosterni sinant ab hostibus. His nempe imbuti in Sociorum vitas grassati sũt.

*P. Carolus Sagerius.*

Ad omnem literaturam humaniorum, Philosophicarum ac Theologicarum disciplinarum vt scitè idoneus, ita obedienter promptus fuit etiam post maiora tractata se se ad minora demit-

*Gallus.*

*Turnone.*

*24. Maij.*

*1596.*

*Soc. 40.*



*Humili-  
tas.*

mittere . Probitatis magnæ,  
ac doctrinæ famâ illud obti-  
nuit, vt ne coryphæos qui-  
dem hæreticorum cum So-  
cietate conferendos esse  
vulgo diceretur . Veneno  
sublatum è vita rumor in-  
cessit: neque id ab hæretico-  
rum ingenio alienum fuisse  
haud ambiguè experimen-  
tis accepimus . Cæterùm

*In Socie-  
tate Pater  
cum qua-  
tuor filijs .*

Carolo illud quoque pecu-  
liare, ac inter paucos pro-  
prium fuisse in Societate vi-  
deri potest, quòd in illa secū-  
tres fratres suos, ac demum  
Patrem quoq; Societati ad-  
scriptos lætus aspexerit.

*P. Petrus Vvrichtus .*

*Anglus .  
Londini .  
29. Maij,  
1651.  
ætat. 48.  
Soc. 22.*

Huius vitam & mortem  
inter mortes illustres fusè  
perscripsi . Post operam  
religioni Orthodoxæ probè  
impensam damnatus est ad  
su-